Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36535
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

dicit tamquam occisum se uidisse eum in morte quia
uidelicet ipse simulabit se occisum & post mortem resurrex
isse. Vnde subiungit. Et plaga mortis eius sanata
e. Tanta quippe temeritas erit in illo dampnato
homine ut ad deludendos animos paruulorum inimi
tatione ueri capitis xpi occisum se dicat & resurrex
isse post mortem. Ideoq; ne forte ueritas & n illusio
putaretur. idcirco nequaquam affirmando dicitur. &
unum de suis capitib; occisum in morte & plaga mor
tis eius curata e. sed pmittit quasi. aduerbium seil
cet similitudinis. ut phoc sicut dictum est. aperte
ostendat. n illud esse ueritatis psecutione. sed ueri
simile fraude. quamquam illa particula n semp pro
aduerbio similitudinis. sed aliquando etiam p affir
mationem ueritatis. in scriptura ponatur. Et uidimus
glam eius glam quasi unigeniti a patre. Et admi
rata e uniuersa terra post bestiam. Nulli dubium
quin p terram terrenu intelligant. qui admiran
tur post bestiam estimantes eam resurrexisse a mor
tuis. & facere etiam eam miracula in uirtute diuini
tatis. Et adorauerunt draconem id e diabolum. quia de
dit potestatem bestie ut faceret miracula potentialiter.
Et adorauerunt bestiam dicentes. Quis similis
bestie. Vt se resurrexisse ostenderet. a mortuis.
Et quis poterit pugnare cum ea. & uoluntati eius
resistere possit. Id est nullus. Hic iam aperte demon
stratur. quid sit admirari uniuersam terram p bestiam
id e omnis reprobos. & terrena sapientes. In eo etiam
draconem adorauerunt. quod bestiam illam uidelicet

Vnde e

id e antixpm